

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Chronicon Skibyense

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 87. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415584998464/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

53 mata. Inter quos fuerant | Reuerendi in Christo patres episcopi Strengenensis et Scharensis una cum electo Lincopensi, uniuersi etiam regni Suetie consules, uno et altero exceptis, plerique proceres atque 5 Holmensis opidi magistratus. Nam vniuersi capitibus truncati, sacri et prophani, proceres et plebei, plures septuaginta fuisse creduntur.

Deinde triumphata Suetia, cum rediret in Dati-  
am, declinavit ad Monasterium quoddam Cisterti-  
ensis ordinis Nydall nuncupatum, vbi crudeliter uinciri fecit sacramentum abbatem cum aliquot Monachis  
sacerdotibus, eadem hora, qua ab altari (peracto  
uenerando eucharisticie mysterio) uenerant, quos statim uinctos aquis prefocari atque submergi fecit,  
15 crudeliterque interfici, absque culpa, atque sine iudicio, iure et misericordia, nam adeo erant innoxii,  
ut ne uerisimile quidem crimen in eos configi posset, nisi quod aliquam eiusdem anni commeatus par-  
tem ad secretiores nemorumcessus efferri curas-  
sent, ne a militibus gregariis cuncta distraherentur  
(quorum iniquitas hac in parte longa experientia plus satis est famosa) et quo future fratrum necessi-  
tati prospectum vtcunque esset. Nam interim in mo-  
nasterio tanta erat commeatuum copia, ut abunde  
54 sufficeret regi et vniuerso eius satellitio, | etiam si il-  
luc uenisset cum non exiguis militum copiis. Nec  
istud crudelitatis ingenium erat in illo nouum, quia  
olim, cum regnaret in Noruagia, uiuente adhuc pa-  
tre, detinuit in teterrimis carceribus atque dura cap-  
tiuitate episcopum Hammerensem Carolum nomi-  
ne, uirum sanguine et uirtute nobilem, usque ad  
diem mortis sue, que ex diuturna captiuitate, situ

Crudelitate  
regis Chri-  
sterni etiam  
Nero uictus.

Captiui.

ac squalore carceris, immature nimis accelerata fuit, idque factum est sola potestate et nullo iure, accepta dumtaxat hinc occasione, quod a dicto Carolo, tanquam fideli et Christiano consiliario, frequenter moneretur tyrannicos quosdam et plusquam ethnicos 5 mores emendare, quibus in Noruegia ceu tyrocinio quodam ad futuram malicie libertatem preludere cepit. Simili uiolentia et pari crudelitate captiuum duxit Reuerendum in Christo patrem, dominum Ioannem Andree episcopum Ottonensem, qui bona 10 fide aduenerat, regiis litteris ad communem dominorum et procerum regni congregationem uocatus, qui iam pluribus annis detentus erat, sub arctissima custodia de vno carcere ad alium translatus, atque grauissimo seruitutis iugo depressus, non absque 15 maximo uite discrimine, preter iudicium, ius et equitatem. Adhec sub tempus captiuitatis eiusdem Reuerendi patris cepit curiam episcopalem ciuitatis Ottonensis violenter occupare, atque nonnulla 55 eiusdem diocesis castra, possessiones et predia, ut interea taceatur uniuersitate eiusdem suppellectilis distractio, nempe armorum, equorum, uasorum, uestimentorum atque rerum preciosarum, que etiam nunc occupat, detinet malaque fide possidet.

*Argumen-*  
*tum magne*  
*perfidie.* Idem quoque rex uocatos ad se Lundensis ecclie 25 prelatos per bone fidei litteras carceri mancipauit, comminatus mox atrociora, ac deinceps ui metuque mortis adegit, ad tradendum sibi castrum quoddam, totamque eiusdem castri ditionem, et quicquid iuris habebat dicta ecclesia Lundensis in insula 30 quadam nuncupata Borgenholm una cum ciuitate Aasensi ac aliis multis eiusdem diocesis possessio-